



Universitätsbibliothek Paderborn

Praxis Episcopalis

In Qva Episcoporvm Non Tantvm, Eorvmqve Vicariorum munus; sed
Parochorum etiam & conscientiarum directorium concernentium casuum
ac dubiorum indies occurrentium Resolviones ... quàm brevissimè
continentur

Zerola, Tommaso

Coloniae Agrippinae, 1680

Monachi Seu Regulares.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10421

niales habent, Affl. dec. 384, & Vin-
cen. de Franch. dec. 44. n. 2.

Ad decimum nonum, vide Concil.
Agathense, c. 19. & refertur in cap. mona-
steria, 18. questio. 2. ubi procul a mona-
steriis monachorum jubentur adificari,
& in Concil. Mogunt. Can. 20.

Ad vigesimum, vide cap. votis Deo, c.
placuit, cap. Virgines, cum similib. 20. q. 1.
Et distinct. 77. & an Episcopus possit in
hoc dispensare? vide Selvam tract. de
ber. quartaparte, quest. 3. num. 16. ver-
sic. 82.

Ad vigesimum primum respondetur,
quod sic, accedendo electioni majoris
pattis, modò ista variatio fiat in conti-
nēt i. id est, antequam divertant ad extra-
neos actus, Anchæ, in cap. indemnitati-
bus, numero sexto, notab. 10. Et 11. de elec-
tio. libro sexto, Et text. ibi cap. publica-
to, de elect. & distingue cum Dyno, in
cap. quod semel, numero duodecimo, de
regul. iur. libro sexto, & ibi Addit. litera P.
vide Hostiens. in Sum. tit. de electio, §. u-
nūrum mutari posse, num. 21. vide in ver.
electio, §. 3. idem Gem. in cap. indemni-
taribus, §. sanc., notab. 5. Et text. ibi.

Ad vigesimum secundum responde-
tur ex Concil. Trident. sess. 25. cap. 18.
de Regul. sed an liceat blandis verbis,
vide Panorm. in cap. ad vestram, num-
ero tertio, de Reg. Navar. cap. 27. numero
150, notab. 55. Et in versic. metus. & hoc
habet locum etiam in eo qui cogit puel-
lam ingredi monasterium, etiam ut ibi
in habitu sacerdotali usque ad ætatem nu-
bendi educetur; Navar. consilio 6. de Re-
gul. cætera vide in additionibus magnis.

Ad vigesimum tertium, vide Abb. in

in capite aquæ, numero septimo de statu
monach.

MONACHI SEU REGULARES.

S V M M A R I V M.

1. An possint adificare Monasteria propria
authoritate.
2. An aliquando requiratur licentia Pape.
3. Quando possint constringi ab Ordinario,
Et subjaceant eiusdem censuris Et paenit.
4. Quo ordine procedant.
5. De eorum institutione.
6. Qui ad habitum assumendi.
7. Quando possint absolvi ab Episcopo.
8. Quando possint renunciare, Et se ob-
ligare.
9. Religiosi an possint transire ad partes in-
fidelium absque licentia superiorum, vi-
de Ioan. 22. Bul. 3. fol. 35.
10. Ars Ordinarius possit ordinare aliqua
circa Regulares, respondetur præter ea
de quibus in ver. excommunicatio, de
de causa materiali, ver. 4. quod potest
ordinare, ne exceant soli à Monasterio,
sed bini, vel terni, c. quod Dei timo-
rem de statu monach. Navar. Cons.
4. de Regul. num. 29. & 39.

AD primum, prohibetur omnibus Re-
gularibus accipere locum, vel domi-
num de novo (quatuor, &c.) men-
dicantium ordinibus exceptis, sub ex-
communicatione latæ sententiæ, c. unico,
§. confirmatos, Et §. sanc., de relig. dom.
libro 6. Et in capitulo unico, de excess.
prælat. cod. lib. prohibetur omnibus Re-
gularibus acquirere, seu recipere nova
loca



loca, vel domus absque speciali licentia Papæ, Clemen. Cupientes, de pœn. excommunicatur pro hac eadem causa, promulgat cap. unico, de excess. prælator. Novissimè Concil. Trident. sess. 25. cap. 3. de refor. Regul. disponit in hæc verba: *Nec de cetero similia loca, tam mulierum, quam virorum erigantur sine Episcopo, in cuius diœcese erigenda sunt, licentiis prius obtenta, vide Concil. Agathen. cap. 18. & est in cap. de monachis, 18. questio 1. & Concil. Chalcedon. can. 4.*

Ad secundum Sac. Congreg. decl. 141. censuit in hæc verba: *Monachi non possunt adficare monasterium in parochia, in quaid non habent sine cognitione, & licentia Papæ, & practicatur sic, quod Episcopus dat assensum monachis adficiandi Ecclesiæ, & monasteria reservata beneplacito, assensu, & confirmatione Sedis Apostolæ impetranda instaurantur temporis curriculum, & sic practicantur hodie illi textus, qui videntur imponere cœsluras in contrasaciētes.*

Ad tertium, vide in versiculo excommunicatione in causa materiali. §. Episcopi possint excommunicare Regulares. sic etiam, quan do ipsi Regularis alloquerentur Moniales subditas Episcopo absque licentia ipsius, nam tunc posset eos carcereare, & punire, prout loc. citato, ver. 2. § 7. vide Boer, decif. 211. & Guid. Pap. quest. 58. & Concil. Trid. sess. 7. § cap. 24. § sess. 21. cap. 8. & sess. 24. capit. 14. de refor.

Ad quartum, videto Boer. in tract. de auëtor. in cap. par. Franc. à num. 86. § infra, & vide inferius in versiculo processiones, §. 2. versio. 4.

Ad quintum, videto eundem Boer. tract. de rit. & stat. erem. & Sylv. in ver. Religio. 1. per totum.

Ad Sextum, vide Concil. 6. Constantinop. actio 16. Can. 43. ac Bullam Sixti V. de qua in ver. clericus, §. 6.

Ad septimum, videro text. gloss. & Abb. in capitulo Monachi, num. 1. & 2. de sent. excommunic.

Ad octavum, respondetur, regulares non posse renuntiare, sive botis, sive contractibus, sive beneficiis, sive aliis rebus, nec se obligare nisi intra duos menses proximos ante professionem, sine licentia Episcopi, seu ejus Vicarii, ita Sac. Concil. Trident. sess. 25. canone. 6. deresformat. Regul. ex quo oritur dubium, quod si obligatio seu renunciatio fiat ante, vel post duos menses, an sit irrita, & nulla? & videtur quod sic.

Primo, quia Concil. dat formam, quam non licet alterare, prout dictum est, superius in ver. Abb. §. 1. conc. 10. & in versicul. professio.

Secundo, quia immunit periculum fraudis, prout dictum est superius in versicul. Clericus, §. 6. & in versicul. renuntiatio, §. 3. facit c. unum, de oblig. ad ratione. debe. et intelligi morali, & non mathematico, more, arg. text. & gloss. inc. continebatur, in versic. proxima, & in capit. attestaciones, in versic. circa, de despōsat. imp. & Concilium utitur adverbio, intra, & sac. congregat. censuit non valere, si fiat post suscepsum habitum probacionis, ut refert Apostillator in consilio 71. Nav. de Regn. l. & ipse tenet non valere, si fiat ante suscepsum habi. um ab ingressu Religionem.

MO:

